55

primo sibi omnia restituere promisit, sed
tandem promissum non tenuit et mar-
chiam Missnensem ~~non tenuit~~ rex | m Missn
Albertus patruo suo beneficio imperiali
carentit. Audiens comes de Nassow in vinculis | Comes de Nassow fugam iniit.
Friderici marchionis patruum suum regem
interfectum et novum regem electum fidem | ffidem
de non recedendo[a] marchioni fregit et nocte
quadam de terra Missnensi in partes suas | m Missn
aufugit; qua felonia facta civitates Liptzk
Friberg et tota terra Missnensis et Orientalis | m Missn
se ad Fridericum marchionem sponte
convertit, quos idem benigne recepit ac | † f. CCLXIX b.
in posterum fideliter sibi astiterunt, exceptis | ffrid. Fridericus marchio recuperavit patrimonium suum.
quibusdam comitibus et baronibus, ut infra
dicetur. Sic Fridericus marchio totum patri-
monium amissum Dei providencia re-
cuperavit. Sequenti anno videlicet MCCCVII
tempore isto, quo reges ad bella accedere con-
sweverant, rex Albertus misit comitem de
Northinberg cum magna multitudine | Norinb.?
Swevorum et Regnensium ad terram
Orientalem non sine connivencia comitum
et baronum multorum, qui postquam
venerant eisdem contra proprium dominum
marchionem et naturalem, illis Swevis
prestiterant auxilium, consilium et favo-
rem publice et occulte; Itaque (sic) Swevi per
civitatem Rigaviensem transeuntes ex eadem
civitate victualia sibi procurarunt. Tandem
multis malis per Swevos perpetratis in vici-
nis opidis Katow, Lobesitz et aliis multis
spoliatis et devastatis, tandem ante opidum
Luckow in campestribus tentoria posuerunt
multas matronas honestas et virgines de-
honestabant. Fertur eciam, quod aliqui | ffertur
dissoluti ex eis ymaginibus beate virginis et
sanctorum contumeliam et blasphemiam

a) Credendo C.; corr. man. rec. recedendo